



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Locorum Communium Religionis Christianae Partitiones

Arnoldus <Vesaliensis>

Coloniae, 1565

VD16 H 312

Caput 13. Cur spiritus sanctus nec filius, nec genitus dici potest?

urn:nbn:de:hbz:466:1-30256

L I B E R I.

At quum & ipsi quoque Græci spiritum sanctum fateantur esse etiam spiritum filii: verbis dissentientes in sententia cum Latinis conueniunt.

Quam etiam sententiam quidam maiores eorum satis expressè in scriptis suis posuerunt.

Caput 12.

Prius'ne & plenius procedit Spiritus sanctus à patre quàm filio?

**A** Patre spiritus sanctus nec prius nec posterius processit quàm à filio: nec cõtrà, eò quòd ibi nulla intertemporis successio vel duratio

Vnde nec habet locum quæstio illa, an processerit spiritus sanctus iam nato filio, an adhuc nascituro Nam omnes personæ sunt coæternæ.

Hinc etiam nec maiore perfectione dignitatis nec plenius à patre procedit quàm à filio sed æquè perfectè.

Principaliter tamen & propriè à patre mittitur per filium, eò quòd pater à nullo est, filius autem hoc habet à patre.

Caput 13.

Cur spiritus sanctus nec filius, nec genitus dici potest?

**A** 7 **Q**uan-

*Ioan. 15.*

*Galat. 4.*

*Athã. in*

*symbolo.*

*Didymus*

*lib. 2. de*

*spiritu san*

*cto. Cyril-*

*lus epist.*

*ad Nestor*

*Aug lib.*

*15. de Tri.*

*cap. 26.*

*Hier. c. 4.*

*ad Cyril.*

*Ioan. 5.*

*Aug. li. 5*

*de trinit.*

*capit. 26.*

I O C O R V M C O M M V N I V M

Aug. lib.  
15. c. 25. de  
Trini.  
Aug. li. 3  
c. 14. cont.  
Maximi.  
Ioan. 15.  
c. 20.  
Esai. 15.

**Q** Vanquam autem à patre & filio spiritus sanctus procedat: non tamen filius eorum dici potest. Hoc enim absurdissimum est, & à fidelium auribus prorsus alienū. Præterea tam filius, quam spiritus sanctus à patre procedit, alio tamen atq; alio modo. Nam filius procedit per modum naturæ, & ideo dicitur & genitus & procedens. Sed spiritus sanctus procedit per modum voluntatis: sicut datus, nō autem, ut natus. Rectè igitur procedens tantum dicitur, & non natus.

Necq; tamen per hoc spiritus sanctus dici debet ingenuus, sicut nec genitus: ut qui nec pater, nec filius sit.

Caput 14.

Quotuplex est Spiritus sancti processio?

Aug. lib.  
15. c. 27. de  
Trini.  
Beda lib.  
ho. 2. homilia.  
Ioan. 20.  
Luc. 6.

**G**emina est spiritus sancti processio, æterna scilicet, & temporalis. Quarum priore quidem ineffabiliter à patre & filio sine tempore processit: posteriore vero ex tempore mittitur ad sanctificandum creaturam rationalem. Et hac quoq; processione ab utroq; procedit.

Est aut illa processio seu missio, gratiæ spiritus sancti collatio. Et hinc domi-

dominu  
post re  
insuffla  
in die P  
duplicer  
& proxi  
nobis o  
Datu  
persona  
distribu  
Vnde  
tum cum  
tur spir  
men vic

Dat  
E  
E  
n  
atur, c  
gitur: q  
se est p  
externa  
vna fac  
Nam  
pturis r  
us, licet  
sus sit, i  
die mi  
Patri